

festivis quotidie panem et aquam gustare ^{a)}) potius quam comedere ^{b)}) videbatur, cum diebus ac noctibus indesinenter aut scriberet aut legeret aut oraret ^{c)}), missam quotidie celebrando ^{d)}); quantum ^{e)}) enim volebat, acceperat a Deo abstinere posse a cibis et potibus ^{e)}), et quanto magis abstinere, alacrior et fortior apparebat. Extra monasterium vero ^{f)}) cum ceteris comedens, cibos opportunos cum gratiarum actione sumebat.

Cum a fratribus Sambucinensibus ^{g)}) de suo et domini Rainerii ^{h)}) consilio postulari me contigit in abbatem, scripserunt mihi ambo, ut venirem et nullatenus dubitarem, et quod non assumerem in excusationem, quia eram impeditioris et tardioris linguae ^{10a)}); quorum epistolas reverentia, qua debui, custodivi. Et electus ⁱ⁾) in festo s. Clementis ¹¹⁾), sequenti dominica de adventu Domini iussus ^{k)}) in abbate meo habens epistolas ipsas in pectore meo et ^{l)}) plus de illorum, qui eas ^{m)}) miserant, quam de mea fide praesumens, sermonem fratribus in capitulo feci et absolutus a vinculo linguae gratias Deo egi et eorum, qui me confortaverant, meritis miraculum applicavi.

Cum in Sambucina passus febrem acutissimam ad extrema venissem, visitatus ab eo sum et caritative ⁿ⁾) deductus ad Florem. Qui cum videret me debilem prae defectu appetitus ^{o)}), carnes nollem nec possem comedere, appetenti mihi caules conventuales, „Comede securus in nomine Domini“ ait; comedi ^{p)}) quotidie caules et bibi ^{q)}) de musto eius et infra paucos dies recessi plena sanitate recepta. Sequenti mense Novembris ibam ^{r)}) cum eo Panormum, cumque jejuns et tarde hospitans ^{s)}) cum eo coenarem ^{t)}), sitiebam et bibebam in nocte. Quodam ^{u)}) vero mane dixit mihi, quod non esset regulare sic in ^{v)}) nocte me bibere, sed deberem confidens de misericordia Domini abstinere. Abstiniui ^{w)}) credulus ^{x)}) viri monitis nec ^{y)}) sitim ^{z)}) ex tunc ultra non sensi ^{aa)}).

Sexta feria in Parasceve ¹²⁾) sedebam cum eo in claustro Sancti Spiri-

^{a)}) gustantem *Hs.*, *a. R.* gustare.

^{b)}) comedentem *Hs.*, *a. R.* comedere.

^{c)}) *folgt* et *U²P.* ^{d)}) celebrantem *U¹*; celebraret *U²P.* ^{e)}) acceperat enim a Domino abstinere ... potibus quantum volebat *P.*

^{f)}) vero *fehlt UP.*

^{g)}) Sambucinae *UP.* ^{h)}) Raynerii *UP.* ⁱ⁾) *folgt* in abbatem *UP.* ^{k)}) super me *statt* iussus in abbate meo *U²P.* ^{l)}) ut *UP.* ^{m)}) illas *U²P.* ⁿ⁾) charitative *U.*

^{o)}) *folgt* eo quod *U²*; [eo quod] *P.* ^{p)}) comede *UP.* ^{q)}) bibe *UP.* ^{r)}) *ivi P.*

^{s)}) ospitando *Hs.* ^{t)}) cēnarem *U.* ^{u)}) Quadam *U.* ^{v)}) de *U²P.* ^{w)}) Abstiniui *fehlt UP.*

^{x)}) credens *U*; Credens [autem] Dei monitis, statim ... *P.*

^{y)}) hec *Hs.*; haec *U*, *nach* tunc *P.* ^{z)}) statim *UP.* ^{aa)}) sensui *Hs.*; sentio *U.*

^{10a)}) *Vgl. Exod. 4, 10.*

¹¹⁾) 23. Nov., *spätestens 1192, s. o. S. 440 f. Anm. 3.*

¹²⁾) *Wahrscheinlich 1196 (Karfreitag: 19. April), da Lucas im Mai 1196 in Palermo von der Kaiserin Konstanze ein Privileg für Sambucina erhielt, s. o. S. 505.*